The Invention of Mathematical Proof in the Renaissance

Richard Oosterhoff
University of Edinburgh

EST. 1597
GRESHAM COLLEGE

"The issue is not what made Greek mathematics valid. The question is what made it felt to be valid, for felt to be valid it certainly was. So logic collapses back into cognition, in a sense."

– Reviel Netz, The Shaping of Deduction (1999)

A reminder: medieval and renaissance starting points

"there are three elements in demonstration:
(1) what is proved, the conclusion—an attribute inhering essentially in a genus;
(2) the axioms, i.e. axioms which are premisses of demonstration;
(3) the subject-genus whose attributes, i.e. essential properties, are revealed by the demonstration."

Aristotle, Posterior Analytics I.7

‘The concentration on the model of demonstration in the Organon and in Euclid, the one that proceeds via valid deductive argument from premises that are themselves indemonstrable but necessary and self-evident, that concentration is liable to distort the Greek materials already—let alone the interpretation of Chinese texts.’

– GER Lloyd, ‘The Agora perspective’ (1992), cit. Chemla 2012, 2-3n.

“In geometry everyone has been taught to accept that as a rule nothing is written without there being a conclusive demonstration available; so that inexperienced students make the mistake of accepting what is false, in their desire to appear to understand it, more often than they make the mistake of rejecting what is true.”

— Descartes, dedication to the Meditations, AT 7.5 (trans. Cottingham)

Descartes saw his own “geometrical” argument as involving six or seven parts: Definitions, postulates, axioms or common notions, problems, theorems, demonstrations, and corollaries.

The long view:	Mise-en-page and Authorship
Proof as Invention:	Copia
Inventing Proof:	Acutezza

Conclusion

Oxford Bod.
MS D'Orville 301.
Copied by
Stephen the
Clerk for Arethas
of Patras,
Constantinople,
888 AD

https://www.claymath.org/library/historical/euclid/book01.html



MS Vat. gr. 190

https://digi.vatlib.it/view/MSS_Vat.gr.190.pt.1

https://digital.bodleian.ox.ac.uk/inquire/p/889431e9-76ae-4899-86e2-4e3e30b0af 79

Oxford Bod. MS. Douce 125

“Euclid,” 10th century, transl. Boethius [“Boethius”]





Columbia NY, Plimpton MS 165 (c. 1294)

Enunciations by Euclid

Proofs by Campanus of Novara (13th c)

The long view:	Mise-en-page and Authorship
Proof as Invention:	Copia
Inventing Proof:	Acutezza

Conclusion

Euclid in Renaissance print



1482 (= 13th c Campanus)



1505 (new trans. Bartolomeo Zamberti)



1509 ed. Pacioli (=/~ Campanus)

n.b. Platonist Euclid of Megara then believed to be Euclid of the Elements

1516 ed.
Lefèvre d'Étaples
reprinted many times
@Basel

= Campanus + Zamberti





Geo.

Quecūq; igitur de lineis alterne sese respicientibus dicta sunt: paria in totum et nūc quidem de superficiebus alternatim sumptis alternaq; ratione adinuicem collatis: intelligantur esse dicta. Vtrorūq; enim par est determinatio. Que autē linearum et superficierū mutua proportio quisue singulorum ad singula responsus: sequens formula declarat.

¶Linea	¶Superficies
per se	per se
Ad alterum	Ad alterum
¶per se	¶per se
Recta	plana
Curua	Orbicularis
Media	Inequalis
¶Curua	¶Orbicularis
Tota	perfecta
portio	Imperfecta
¶portio	¶Imperfecta
Maior	Maior portio
Minor	Minor
Media	Media
¶Ad alterum	¶Ad alterum
Recta ad rectam	Ad planam plana
Recta ad curuam	Ad orbicularem plana
Curua ad curuam	Ad orbicularem orbicularis
¶Recta ad rectam	¶Ad planam plana
Directa	Directa
Distans	Distans
Insistens	Insistens
Secans	Secans
Communicans	Communicans
Incommunicans	Incommunicans
¶Distans	¶Distans
Equaliter	Equaliter
Inequaliter	Inequaliter
¶Insistens	¶Insistens
Orthogonaliter	Orthogonaliter
Oblique	Oblique
¶Recta ad curuam	¶Ad orbicularem plana
Diameter	portionis medie basis
Chorda	Maioris minorisq; basis

V. Fo.lxviij.

Contingens	Contingens
Applicans	Applicata
Secans	Secans
¶Curua ad curuam	Orbicularis ad orbicularem
Equales	Equales
Inequales	Inequales
Similes	Similes
Dissimiles	Dissimiles
Concentrice	Concentrice
Eccentrice	Eccentrice
Contingentes	Contingentes
Secantes	Secantes
¶Secantes	¶Secantes
Actu	Actu
potentia solum	potentia tantum

Diffinitorum proprietates.

Superficiei

1 Superficies est latitudo: cui preter id quod est duplices termini (pūcta quidē et linee) insunt.
2 Quelibet superficiei pars: est superficies, nulla autem linea aut punctum.
3 Quicquid superficiei preter superficiem inest: aut punctum aut linea est.
4 Omnis superficies: est ex potentia infinitis superficiebus composita. Et cuilibet quidem superficiei: superficies insunt potentia infinite.
Superficiei per se et ad alterū dicte proprietates: vt et linearū sumende sunt.

planarum

1 Nulla plana superficies: super punctū aliquod aut lineam vllam protēditur.
2 Ab aliquo plane supficiei pūcto: ad tria exteriora alterius equidistātis superficiei pūcta: aut cōtra a tribus extrinsecus assignatis equidistātis superficiei pūctis: ad idē date supficiei plane pūctū: tres rectas equales impossibile est protēdi. Et eādē ppositionē: de tribus eiusdē plane supficiei lineis itellige.
3 Superficies plana: tota equaliter in omnibus suis lineis protenditur.
4 Ab assignata linea: quotlibet planas superficies educere contingit.
5 Vnde fit vt vnius tātum linee assignatio: planam superficiem infinitam indeterminatamq; relinquat.
6 Inter duas lineas aut plures: vna tantum plana superficies consistit.
7 Due itaq; linee: primum rectam lineam definiunt reddūtq; finitam.

Orbicularium

1 Cuiuslibet orbicularis superficiei medie linee: extremis supereminent.
2 Contingit a tribus orbicularis superficiei punctis ad idē extrinsecū punctū: tres aut rectas quidem lineas aut planas superficies extendere. Hoc vero punctum: eius centrum esse necesse est.

i.iiij.

e.g. Lefèvre d'Étaples, Clichtove, and Bovelles, Epitome compendiosaque introductio … Introductio in geometriam Caroli Bovilli … (Paris: Wolfgang Hopyl and Henri Étienne, 1503).

APPENDIX
IN X. LIB. SCILICET IN II. Tractatum.

Caroli Bouilli Samarobrini, Introductio in ſcientiam Perſpectiuam.

Viſus
Viſibile
Videndi medium
Viſibilis ſpecies
Viſualis radius
Speculum

Viſus
Simplex
Compoſitus
Rectus
Obliquus
Integer
Fractus

Viſibile
Lux
Vmbra
Color
Magnitudo

Color
Extremus
Medius

Extremus
Albedo
Nigredo

Medius
Puniceus
Flauus
Viridis
Purpureus

Magnitudo
Punctus
Linea
Superficies
Corpus

Speculum
Concauum
Conuexum
Planum

Diffinitiones

Diffinitiones Communium.

Viſus eſt perſpectiua poteſtas, uiſibilia obiecta deprehendens: Et nonnunquam uidendi uirtus, nonnunquam uero uiſio, aut uiſibilis obiecti ad uiſum diffuſio, ſpeciesq́ dicitur.

Interpretatio.

Viſibile eſt uiſus obiectum quomodocunq́ per ſe à uiſu deprehenditur. Quæ enim per accidens, ut alterius ſimilitudinem, aut priuatione uidentur, præſenti propoſito minus congruunt. Corporeæ enim ſubſtantiæ, ſuorum colorum, aut magnitudinum ſpecies uiſibiles fiũt: tenebræ uero lucis defectu.



Videndi medium, eſt diuiſibile ſpatium, per quod uiſibilis obiecti ſpecies, ab eo ad uiſum defert. Viſibilis uero ſpecies, eſt eius quod uidetur ſimilitudo, idipſum uiſui repreſentans. Viſualis radius, eſt linea recta, quæ à centro uiſus digrediens, ad uiſibilis rei centrum terminatur. Et hic radius primus, cæteri infiniti ſunt.

Speculum eſt corpus, quod reflexam uiſibilis rei ſpeciem palam ipſi uiſui refert.

Viſuum.

Viſus ſimplex, eſt rei ſimplici eius ſimilitudine intuitio.
Viſus uero compoſitus, qui duplici reflexaq́ ſpecie, rem uiſibilem deprehendit.
Viſus rect9, eſt cuius uiſiuus radius, uiſibili rei eſt ppẽdicularis
Obliquus uero uiſus, eſt cuius radius uiſibili rei non perpendiculariter incidit.

Viſus

Gregor Reisch, Margarita philosophica, ed. Oronce Fine (Basel, 1535).

Implication #1
of proof as gloss

Proof interchangeable
with practice



GEOMETRIAE. LIB. II. FO.70.

diuiseris perlatus eiusdem quadrati: quotiens ex diuisione propositam indicabit altitudinem. Vt in assumpto nuper exemplo, duc 20 in 6, consurget 120: quæ diuide per 12, & prouenient 10, tot igitur passum pronunciabis altitudinem G F.

3 QVOD SI FILVM perpendiculi ceciderit in punctum C, utriusque lateris intermedium: tunc omnis umbra proprio æquatur umbroso, metienda itaque solum est umbra, & proposita colligetur altitudo. Id autem fit, quoties altitudo Solis est præcise 45 graduum. Exemplum habes de eadem altitudine G F, Sole in K existente: cuius radius K L, umbram G L eidem umbroso G F, æqualē finire uidetur. Quod ita geometrico discursu manifestatur. quoniam triangula A C D & F G L sunt rursum æquiangula. angulus enim C A D intrinseco & opposito G F L est æqualis, per superius allegatam 29 primi elemētorum Euclidis. item angulus A D C angulo F G L (nēpe rectus recto) æquatur, & reliquus igitur angulus A C D reliquo F L G æqualis est, per eandem 32 primi. Ergo sicut A D ad D C, ita F G ad G L, per 4 sexti eorundem elementorum. Atqui latus A D lateri D C est æquale: & G F igitur altitudo, ipsi umbræ G L respondenter æquatur.

Dum umbra filo æquatur umbroso.

Demōstratio huius partis

4 SI AVTEM IDEM filum inciderit in latus C D (cū uidelicet altitudo solaris maior fuerit 45 gradibus) tūc umbra erit umbroso, siue rei altitudine minor: in ea quippe ratione, quam habent partes filo interceptæ ad 12. Sit rursum in exemplum casus fili in pūctum E, & ipsa D E partium 6, qualium C D latus est 12, sitque umbra G N, radio solari M N terminata, ea autē existat 5 passuum: quoniam igitur 6 ad 12 subduplam uidentur habere rationem, eodem modo umbra G N dimidium erit altitudinis G F. Hoc autem in hunc modū demonstratur. Duo nanque triangula A D E & F G N sunt inuicē æquiangula, quemadmodū per citatas 29, & 32 primi elemētorum Euclidis propositiones, deducere haud difficile est: & angulus A D E angulo F G N per quartum postulatum æqualis. Igitur per 4 sexti eiusdem Euclidis, sicut E D ad D A, ita N G ad G F. Duc itaque per regulam 4 proportionalium, numerū passuum ipsius umbræ, utpote 5, in 12, & consurgentem numerum, qui erit 60, partire per interceptas partes lateris C D, hoc est D E: nam quotiens ex diuisione numerus, oblatam indicabit altitudinem G F, quam experieris esse 10 passuum, quantam per umbram eadem altitudine maiorem offendimus. Nec dissimiliter operaberis quacunque acciderit umbra, quotquótue partes alterutrius lateris B C aut C D fuerint ab ipso filo cōprehēsæ. Horū omniū proximā, & ad uiuā singulorū elucidationē depictam accipito figurā: quæ te in similibus umbrarum obseruationibus diriger poterit.

De umbra altitudine, uel umbroso minore.

Probatio geometrica.

Digitized by Google

Oronce Fine,
Protomathesis
(Paris: G. Morhii, 1532).

Implication #2 of proof as gloss

Proof as humanist invention
(i.e. takes on characteristics of literary invention: copia > abundance)

Lefèvre d'Étaples, Elementa musicalia (1st 1496, here 1551)


GEO. ELE. EV.

Eucli. ex Camp.

LIBER I.


M

num c b proportio. Est itaque tonus in chorda a b, qui in epogdoa, sesquioctaua'que ratione consistit: collocatus.

¶ Tonum tono, & quotquot libuerit: in data chorda subiungere. 2

A	c	d	e								b

¶ Sit data chorda a b: in qua propositum sit tres consequentes tonos subiungere. partior per tertiam petitionem (ut in praecedenti factum est) spacium totius chordae a b in nouem aequas portiones. & in nota octauae portionis pono c: ita ut b c, octauas illarum nouem partium teneat. manifestum est per praecedentem: a b & c b esse tonum. & per eandem petitionem: partior spacium c b in nouem aequas portiones. & in termino octauae particulae pono d: ita ut d b contineat octo earum partium quarum c b nouem continet. per praecedentem c b ad d b sonat tonum, estque iam uni tono, tonus unus subiunctus. Rursum spacium d b consimili modo in nouem aequas portiones diduco, & notam octauae sectionis littera e designo: ita ut e b octo earum partium contineat, quarum d b continet nouem. per praecedentem, d b ad e b resonat tonum. sunt igitur in data chorda a b tres continuè subiuncti toni: scilicet a b c b, c b d b, d b e b. quod erat propositum. & hoc pacto quotquot lubet subiungere: quàm facillimum est. Et si id sensu experiri, deprehendereque cupias, post pulsum totius chordae a b suppone hemisphaerium chordae a b in signo c, ita ut sonus perstrepat resonetque particula c b: & sensus iudicio deprehendes soni totius a b ad sonum c b esse toni interuallum. quod si hemisphaerium transfers ad notam d: ex pulsu c b & d b iterum tonum deprehendas. sed ex totius a b sono ad sonum particulae d b duos tonos, duorumque tonorum interuallum perpendet auditus. & hoc pacto sensuum iudiciis quotquot uoles tonos deprehendendos committeres: & eorum mixturas tum suaues, tum inconcinnas (quas auditus tanquam offensus horret refugitque) decernendas.

¶ Tonorum continuatorum: minimos numeros assignare. 3

59049	52488	46656	41472	36864	32768	Quinque to. adinuicē
n	o	p	q	r	s	contin. minimi nu.
6561	5832	5184	4608	4096		Quator to. adinuicē
h	i	k	l	m		contin. minimi nu.

The long view:	Mise-en-page and Authorship
Proof as Invention:	Copia
Inventing Proof:	Acutezza

Conclusion

Source:
Proclus, Commentary on the First Book of the Elements

Prolegomenon, in:
Federico Commandino,
Euclidis Elementorum libri XV.
Unà cum scholiis antiquis
(Pisa, 1572).

Proclus) Geometriam, quemadmodum, & alias ſcientias certa quędam, & definita principia habere, ex quibus ea, quę ſequuntur, demonſtrat. quare neceſſe eſt ſeorſum quidem de principijs, ſeorſum vero de ijs, quæ à principijs fluunt pertractare. & principiorum nullam reddere rationem, quæ autem principia conſequuntur, rationibus confirmare. nulla enim ſcientia ſua demonſtrat principia, verum circa ea per ſeſe ſibi fidem facit, cum magis euidentia ſint, quàm quæ ex ipſis deriuãtur: & illa quidem per ſeſe, hæc vero deinceps per illa cognoſcit. Ita & naturalis philoſophus à determinato principio rationes producit, motum eſſe ponens; ita & medicus, & aliarum ſcientiarum, atq; artium peritus. Quòd ſi quis principia cum ijs, quæ à principijs fluunt, in idem commiſceat, is totam perturbat cognitionem: eaq; conglutinat, quæ nullo pacto inter ſe conueniunt. Primum igitur principia, deinde ea, quę conſequuntur, ſunt diſtinguenda. quod ſanè Euclides in vnoquoque ſuorum librorum obſeruauit; quippe qui ante omnem tractationem communia huius ſcientię prĩcipia exponit: et ipſa in ſuppoſitiones, ſeu diffinitiones, poſtulata, et axiomata diuidit. differũt nãque hæc omnia inter ſe, nec idem eſt axioma, & poſtulatum, & ſuppoſitio, vt Ariſtoteles aſ-
Axioma. – ſerit. Cum enim is, qui audit propoſitionem aliquam, ſtatim ſine doctore vt veram admittit, ei'ue certeſſimam fidem adhibet, hoc Axioma appellatur, vt quæ eidem æqualia, & inter ſe æqualia
Suppositio – ſunt. Cum vero audiens dicente aliquo, eius, quod dicitur, notionem non habuerit, quæ per ſe ſe fidem faciat; verum tamen ſupponit, & eo vtenti aſſentitur, ea ſuppoſitio eſt, verbi gratia, circulum eiuſmodi eſſe figuram, communi quadam notione non percepimus, ſed audientes abſque vl-
Postulatum. – la demonſtratione approbamus. Cum autem rurſus & ignotum ſit addiſcenti, quod dicitur, & tamen eo aſſentiente aſſumatur, tunc id poſtulatum appellamus, vt omnes rectos angulos æquales eſ-
Problema. – ſe. Quæ autẽ à principijs enaſcũtur, ea ſunt vel Problemata, vel Theoremata. Problema illud eſt,
Theorema. – in quo quippiam, cum primum non ſit proponitur inueniendum, ac conſtruendum. Theorema autẽ in quo quippiam in conſtituta iam figura ita eſſe uel non eſſe demonſtratur. In hac igitur elementari inſtitutione Euclidem quis non ſummopere admiretur propter ordinem, & electionem eorum, quæ per elementa diſtribuit, theorematũ, atque problematũ? non enim oĩa aſſumpſit, quæ poterat dicere, ſed ea dumtaxat, quæ elementari tradere potuit ordine. adhuc autem varios ſyllogiſmorũ modos vſurpauit, alios quidem à cauſis fidem accipientes, alios vero à ſignis profectos, omnes neceſſarios & certos, atque ad ſcientiam accõmodatos. omnes præterea dialecticas vias, ac rationes; diuidentem in formarum inuentionibus; diffinientem in eſſentialibus rationibus; demonſtrãtem vero in progreſſibus, qui à principijs ad quæſita ſunt. denique reſoluentem in ijs, qui à quæſitis ad principia ſunt regreſſibus. Quin etiam varias conuerſionum ſpecies tum ſimplicium, tum compoſitarum in hac tractatione intueri licet. & quę tota totis conuerti poſſint, quæ've tota partibus, & contra, & quæ vt partes partibus. Poſtremo admirabilem omnium diſpoſitionem, antecedentiũq; & conſequentiũ ordinẽ, ac cohærentiã, vt nihil prorſus addi, aut detrahi poſſe videatur.

In primo igitur libro tractat de rectilineis figuris, videlicet de triangulis, ac parallelogrammis. Et primum triangulorum ortus, proprietateſq; tradit, tum iuxta angulos, tum iuxta latera; ipſa inter ſe ſe comparans. Deinde parallelarum proprietates interijciens ad parallelogramma tranſit, eorumq; ortum declarat, & ſymptomata, quæ in ipſis ſunt, demonſtrat, poſtea triangulo-

Commandino uses Proclus to clear up Euclid’s authorship too:

* Euclid of Megara NOT the author of the Elements (because too early)

* The proofs belong to Euclid, but as edited by Theon of Alexandria (4th century):

> “sunt igitur illae quidem demonstrationes Euclidis, sed eo modo conscriptae, quo olim Theon Euclidem secutus suis discipulis explicavit”

— Commandino, Prolegomenon to Euclidis elementa, sig. *5v

Enunciation classed as Problema, theorem, corollary… etc.

Specie,

alia omnibus. nam cum dicimus datum angulum rectilineum bifariam secare, speciem anguli, quae data est, significamus, nempe rectilineam, vt ne quęramus eisdem methodis etiam curuilineum angulum bifariam secare. Cum vero dicimus, Datis duabus rectis lineis inequalibus à maiori aequalẽ minori abscindere, magnitudine datae sunt. maius enim, & minus, terminatum, & infinitum ad magnitudinem referuntur. At cum dicimus, Si quattuor magnitudines proportionales sint, & permutando proportionales erunt, datur eadem proportio in quattuor magnitudinibus, & cum dicimus. Ad datum punctum oportet datae lineae aequalem rectam lineam ponere, punctum positione datur. quare cum positio varia esse possit, & constructio variabitur; datur enim punctum vel extra rectam lineam, vel in recta linea, & in extremitate, vel inter ipsius terminos. itaque cum datum quadrupliciter sumatur, & expositio quadrupliciter fit, & quandoque duos etiam, & tres modos complectitur. demonstratio vero interdum quidem quae demonstrationis propria sunt habere inuenietur, ex diffinitionibus medijs quęsitum ostendens; hęc enim demonstrationis perfectio est: interdum uero ex certis notis arguens; quod diligenter attendere oportet, ubique enim geometricae rationes necessitatem habent ob subiectam materiam, non ubique uero demonstrantibus methodis perficiuntur. denique conclusio duplex esse solet, particularis, & uniuersalis. nam cum in dato conclusionem fecerimus, ne uideamur particularia proposuisse, ad uniuersalem transimus conclusionem. Verum cum hęc ita determinata sint, de ijs quae ipsis adnectuntur, breuiter disseremus, nempe quid sit lemma, quid casus, quid corollarium, quid instantia, quid deductio. lemma uel sumptio proprie in geometricis est propositio fide indigens. cũ enim uel in constructione, uel in demonstratione aliquod sumimus eorum, quae ostensa non sunt, sed ratione indigent, tunc id quod sumptum est, veluti per se ambiguum inquisitione dignum esse arbitrati, lemma ipsum appellamus, à postulato, & axiomate differens quatenus demonstrari potest, cum illa absque demonstratione ad aliorum fidem faciendam per se sumantur. Casus autem differentes constructionis modos, & positionis mutationem indicat, nimirum transpositis punctis, uel lineis, uel planis, uel solidis, & omnino ipsius uarietas circa descriptionem uersatur; ac propterea dicitur casus, quòd sit constructionis transpositio. Corollarium uero dicitur quidem & de quibusdam problematibus, qualia sunt corollaria Euclidi ascripta sed proprie dicitur corollarium, quando ex demonstratis aliquod aliud theorema apparet, quod à nobis propositum non est; & corollarium ob id uocant, quòd sit tanquam lucrum quoddam accedens pręter demonstrationis propositum. Instantia uero totum orationis impedit cursum, uel constructioni, uel demonstrationi occurens, quam tamen non oportet ut ueram admittere, sed remouere, & ostendere falsam esse. Deductio autem est transitus ab alio problemate, uel theoremate ad aliud, quo cognito, uel comparato etiam illud, quod propositum est, apparet, ut cum quęreretur cubi duplicatio transtulerunt quęsitum in aliud, quod hoc consequitur, uidelicet in duarum mediarum inuentionem. & deinceps quęsierunt quo nam pacto datis duabus rectis lineis duae mediae proportionales inueniantur.

Magnitudine.

Proportione

Cum positio uaria sit, & constructio uariabitur.

Demonstratio perfecta.

Geometricæ rationes necessitatẽ habent ob subiectam materiam.

Cõclusio duplex.

Lemma.

Casus.

Corollariũ.

Instantia.

Deductio.

Cubi duplicatio.

PROBLEMA I. PROPOSITIO I.

In data recta linea terminata, triangulũ æquilaterũ constituere.

"Authoritative" proof

Sit data recta linea terminata A B. oportet in ipsa A B triangulum æquilaterum constituere. centro quidem A interuallo autem A B circulus describatur B C D. & rursus centro B, interualloq; B A describatur circulus A C E, & à puncto C, in quo circuli se inuicem secant ad A B ducantur rectæ lineæ C A C B. Quoniam igitur A centrum est circuli C B D, erit A C ipsi A B æqualis. rursus quoniã B circuli C A E est centrum, erit B C æqualis B A. ostensa est autem et C A æqualis A B. vtraque igitur ipsarum C A C B ipsi A B est æqualis. quæ autem eidẽ sunt æqualia, et inter se æqualia sunt. ergo C A ipsi C B est æqualis. tres igitur C A A B B C inter



ter se sunt æquales; ac propterea triangulum æquilaterum est A B C, & constitutum est in data recta linea terminata A B, quod fecisse oportebat.

F. C. COMMENTARIVS.

Ea omnia, quae ante dicta sunt, in hoc primo problemate contemplari licet. nam problema esse manifesto apparet: imponit enim nobis trianguli aequilateri ortum machinari. & propositio ex dato; & quęsito constat. datur enim recta linea terminata, quęritur autem quo pacto in ipsa triangulum aequilaterum constituatur. & pręcedit quidem datum, sequitur autem quęsitum, vt coniunctum etiam texere possis, si est recta linea terminata, fieri potest vt in ipsa constituatur triangulum aequilaterum. neque enim non recta existente triangulum constituetur, quod ex rectis lineis constat, neque non terminata; angulus enim fieri non potest, nisi ad vnum punctum, infinitae autem extremum punctum non est. post propositionem sequitur expositio. Sit data recta linea terminata A B] & uides expositionem datum solum explicare, non etiam quęsitum adiungere, post quam determinatio [oportet in data recta linea triangulum æquilaterũ constituere] determinatio autem quoddammodo attentionis est causa, attentiores enim ad demonstrationem nos reddit quęsitum pronunciando, quemadmodum expositio dociliores efficit, datum ante oculos ponendo. post determinationem constructio sequitur [centro quidem altero rectæ lineæ termino; interuallo autem reliquo circulus describatur, rursusq; centro quidem reliquo, interuallo autem eo, quod prius centrum erat, describatur circulus, et à communi sectionis circulorum puncto ad lineæ terminos rectæ lineæ ducantur] & vides me ad constructionem vti postulatis, videlicet à quouis puncto ad quoduis punctum rectam lineam ducere. & quouis centro & interuallo circulum describere. vniuerse enim postulata constructionibus, axiomata vero demonstrationibus vtilitatem afferunt. deinde sequitur demonstratio, quae ex circuli diffinitione, & illo axiomate. Quae eidem aequalia, & inter se sunt aequalia, concludit tres rectas lineas C A A B B C inter se esse aequales. vnde colligitur triangulum A B C aequilaterum esse, atque hęc est prima conclusio, quae expositionem consequitur; post hanc est ipsa vniuersalis. [In data igitur recta linea triangulum æquilaterum constitutum est.] siue enim duplam eius, quae nunc exposita est, feceris datam, siue triplam, siue aliam quamlibet maiorem, vel minorem; eędem constructiones, & demonstrationes congruent. his apposuit particulam [quod fecisse oportebat] ostendens conclusionem problematicam esse; etenim in theorematibus apponit [quod ostendisse oportebat] namq; illa factionem alicuius, hęc demonstrationem, & inuentionem denuntiant. In vno igitur hoc primo problemate omnia examinare voluimus, ac perspicua facere. oportet autem illos, qui hęc legent, in reliquis eadem quęrere, & quę nam eorum assumantur, quęnamùe omittantur, & id, quod datum est, quotupliciter detur: & ex quibus principijs vel constructiones, vel demonstrationes pendeant: horum enim perspicax contemplatio non paruam exercitationem, geometricarumq; rationum meditationem affert. sed fortasse non inutile erit reliqua etiam triangula constituere. & primum aequicrure. Sit igitur A B, in qua oportet aequicrure triangulum constituere. & describantur circuli, vt in aequilatero, producaturq; A B ex vtraque parte ad C D puncta. aequalis igitur est C B ipsi A D. quare centro quidem B, interuallo autem C B circulus C E describatur. & rursus centro A, & interuallo D A describatur circulus D E. & à puncto E, in quo se se circuli secant ad A B puncta ducantur E A E B. quoniam igitur E A aequalis est ipsi A D, & E B ipsi B C: aequalis autem A D ipsi B C: erit & E A ipsi E B aequalis. sed & maiores sunt quàm A B. aequicrure igitur triangulum est A B E, quod fecisse oportebat. At propositum sit scalenum constituere triangulum in data recta linea A B, & describantur circuli centris, interuallisq; vt in superioribus. & sumatur in circumferentia circuli, A centrum habentis, punctum F, & ducta A F producatur ad G, & G B iungatur. quoniam



Propositio, quæ ex dato & quæsito constat.

Expositio.

Determinatio.

Cõstructio.

Postulata cõstructionib' utilia

Demonstratio.

Conclusio prima, & particularis.

Cõclusio uniuersalis.

Quod fecisse oportebat.

Quod ostendisse oportebat.

Aequicruris trianguli cõstitutio.

Scaleni trianguli constitutio.

Commandino's commentary (not proof)

Implication #1 of Commandino's "Euclid"

Euclid's proofs become canonical ...

... with an authoritative vocabulary of proof


Proclus) Geometriam, quemadmodum, & alias scientias certa quędam, & definita principia habere, ex quibus ea, quę sequuntur, demonstrat. quare necesse est seorsum quidem de principijs, seorsum vero de ijs, quæ à principijs fluunt pertractare. & principiorum nullam reddere rationem, quæ autem principia consequuntur, rationibus confirmare. nulla enim scientia sua demonstrat principia, verum circa ea per sese sibi fidem facit, cum magis euidentia sint, quàm quæ ex ipsis deriuãtur: & illa quidem per sese, hæc vero deinceps per illa cognoscit. Ita & naturalis philosophus à determinato principio rationes producit, motum esse ponens; ita & medicus, & aliarum scientiarum, atq; artium peritus. Quòd si quis principia cum ijs, quæ à principijs fluunt, in idem commiscеat, is totam perturbat cognitionem: eaq; conglutinat, quæ nullo pacto inter se conueniunt. Primum igitur principia, deinde ea, quę consequuntur, sunt distinguenda. quod sanè Euclides in vnoquoque suorum librorum obseruauit; quippe qui ante omnem tractationem communia huius scientię pricipia exponit: et ipsa in suppositiones, seu diffinitiones, postulata, et axiomata diuidit. differũt nãque hæc omnia inter se, nec idem est axioma, & postulatum, & suppositio, vt Aristoteles asserit. Cum enim is, qui audit propositionem aliquam, statim sine doctore vt veram admittit, ei'ue certessimam fidem adhibet, hoc Axioma appellatur, vt quæ eidem æqualia, & inter se æqualia sunt. Cum vero audiens dicente aliquo, eius, quod dicitur, notionem non habuerit, quæ per se se fidem faciat; verum tamen supponit, & eo vtenti assentitur, ea suppositio est, verbi gratia, circulum eiusmodi esse figuram, communi quadam notione non percepimus, sed audientes absque vlla demonstratione approbamus. Cum autem rursus & ignotum sit addiscenti, quod dicitur, & tamen eo assentiente assumatur, tunc id postulatum appellamus, vt omnes rectos angulos æquales esse. Quæ autẽ à principijs enascũtur, ea sunt vel Problemata, vel Theoremata. Problema illud est, in quo quippiam, cum primum non sit proponitur inueniendum, ac construendum. Theorema autẽ in quo quippiam in constituta iam figura ita esse uel non esse demonstratur. In hac igitur elementari institutione Euclidem quis non summopere admiretur propter ordinem, & electionem eorum, quæ per elementa distribuit, theorematũ, atque problematũ? non enim oĩa assumpsit, quæ poterat dicere, sed ea dumtaxat, quæ elementari tradere potuit ordine. adhuc autem varios syllogismorũ modos vsurpauit, alios quidem à causis fidem accipientes, alios vero à signis profectos, omnes necessarios & certos, atque ad scientiam accõmodatos. omnes præterea dialecticas vias, ac rationes; diuidentem in formarum inuentionibus; diffinientem in essentialibus rationibus; demonstrãtem vero in progressibus, qui à principijs ad quæsita fiunt. denique resoluentem in ijs, qui à quæsitis ad principia fiunt regressibus. Quin etiam varias conuersionum species tum simplicium, tum compositarum in hac tractatione intueri licet. & quę tota totis conuerti possint, quæ've tota partibus, & contra, & quę vt partes partibus. Postremo admirabilem omnium dispositionem, antecedentiũq; & consequentiũ ordinẽ, ac cohærentiã, vt nihil prorsus addi, aut detrahi posse videatur.

In primo igitur libro tractat de rectilineis figuris, videlicet de triangulis, ac parallelogrammis. Et primum triangulorum ortus, proprietatesq; tradit, tum iuxta angulos, tum iuxta latera; ipsa inter se se comparans. Deinde parallelarum proprietates interijciens ad parallelogramma transit, eorumq; ortum declarat, & symptomata, quę in ipsis sunt, demonstrat, postea triangulo-

Implication #2 of Commandino's "Euclid"

A more focussed style of proof:
Spare, sharp, elegant

... Urbinate sprezzatura? (artful ease, lightness)
... or: acutezza (precision, labour).

A witty courtier of Urbino?

Baldi tells us that Commandino died from melancholy, due to overwork on mathematical problems.

Clavius (1574) theorises the Proclean division?
(cf. Fine 1536, Peletier 1557)

PROLEGOMENA.

QVID PROBLEMA, QVID THEOREMA, quid Propoſitio, & quid Lemma apud Mathematicos.

DEMONSTRATIO *omnis Mathematicorũ diuiditur ab antiquis ſcriptoribus in Problema, & Theorema. Problema uocant eam demonſtrationem, quæ iubet, ac docet aliquid conſtituere. Vt ſiquis conetur demonſtrare, ſupra lineam rectam finitam poſſe triangulum æquilaterum conſtitui, appellabitur huiuſcemodi demonſtratio problema, quoniam docet, qua ratione triangulum æquilaterum conſtitui debeat ſupra rectam lineam finitam.* Dictum eſt *autem hoc genus demonſtrationum Problema ad ſimilitudinem problematis Dialectici. Sicut enim apud Dialecticos problema dicitur quæſtio illa, cuius utraque pars contradictionis (ut ipſi loquuntur.) eſt probabilis, qualis hæc eſt quæſtio; An totum diſtin*

Clavius (1574) distinguishes:

- Theoremata /problemata
- Euclid’s proof
- His proofs
- scholia



EVCLID. GEOM.

libus, de maiore æqualem minori rectam
lineam detrahere.

Sint duæ rectæ inæquales A, minor, & B C, maior,
oporteatq; ex maiore B C, detrahere lineã
æqualem minori A. Ad alterutrum extre-
morũ lineæ maioris B C, nempe ad punctũ
1. primi. B, ponatur aliqua linea, quæ sit B D, æqua-
lis minori A. Deinde centro B, interuallo
3. pet. autem B D, circulus describatur secans B C,
in E. Dico B E, detractam esse æqualẽ ipsi A. Quoniã B E,
15. def. æqualis est rectæ B D, & eidẽ B D, æqualis est recta A, per
1. pron. constructionem; erunt A, & B E, inter se æquales. Duabus
igitur datis rectis &c. quod erat faciendum.

Quod si duæ rectæ datæ cõiungãtur in vno extremo,
quales sunt B D, & B C, cõiunctæ in extremo vtriusq; B; de-
scribẽdus erit circul⁹ ex B, ad interuallũ minoris B D. Hic. n.
auferet B E, æqualẽ ipsi B D, vt cõstat ex definitione circuli.

SCHOLION.

